Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

cem decem servis suis dedit illis decem mnas et ait
ad illos. Negociamini dum venio. Cives autem eius
oderant illum: et miserunt legationem post illum di
centes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum
est ut rediret accepto regno: et iussit vocari servos qui
bus dedit pecuniam ut sciret quantum quisque negotiatus
esset. Venit autem primus dicens. Domine: mna tua de
cem mnas acquisivit. Et ait illi. Euge bone serve
quia in modico fidelis fuisti. Eris potestatem habens super
decem civitates. Et alter venit dicens. Domine mna tua
fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinque civita
tes. Et alter venit dicens. Domine: ecce mna tua quam ha
bui repositam in sudario. Timui enim te quia homo
austerus es: tollis quod non posuisti et metis quod
non seminasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico: serve
nequam. Sciebas quod ego austerus homo sum tollens
quod non posui et metens quod non seminavi et quare
non dedisti pecuniam meam ad mensam. Et ego veni
ens cum usuris utique exegissem illud. Et astantibus
dixit. Auferte ab illo mnam et date ei qui decem mnas
habet. Et dixerunt illi. Domine habet decem mnas. Dico
autem vobis: quia omni habenti dabitur. Ab eo autem qui
habet et quod habet auferetur ab eo Secundum matheum Ze

In illo tempore. Dixit dominus Iesus discipulis suis. Vigilate: quia nescitis qua
hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote: quoniam si sciret
pater familias: qua hora fur venturus esset: vigilaret utique
que et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote pa
rati quia nescitis qua hora filius hominis venturus est.
Quis putas est fidelis servus et prudens quem constitu
it dominus suus supra familiam suam ut det illis cibum